

GL

404

553

1790

WOLL.


1902

USNM


EX LIBRIS

William Healey Dall

Division of Mollusks
Sectional Library



I SHAW



I SHAW

Division of Mollusks
Sectional Library

THE NATURALIST'S MISCELLANY

or

coloured figures of natural objects;
drawn and described from nature

by

GEORGE SHAW

Figures by F. P. Nodder

(Mollusks from volumes 1 - 12)

London

1790 - 1801



1841 - 66, C

Index and dates of publication

QL
404
553
800
MOLL, RB
C. 2

(Data from Sherborn: Ann. Mag. Nat. Hist.,
ser. 6, vol. 15, 1895, pp. 375-376)


Plate	Name	Volume	Date
30	<i>Helix hortensis</i>	1	May 1790
52	<i>Voluta arausiaca</i>	2	Dec. 1790
101	<i>Argonauta argo</i>	3	April 1792
137	<i>Limax ater</i>	4	April 1793
137	<i>Limax maximus</i>	4	April 1793
146	<i>Doris argo</i>	5	Aug. 1793
152	<i>Clio limacina</i>	5	Sept. 1793
163	<i>Venus dione</i>	5	Jan. 1794
193	<i>Cypraea pardalis</i>	6	Dec. 1794
211	<i>Conus marmoreus</i>	6	June 1795
221	<i>Doris radiata</i>	7	Sept. 1795
226	<i>Dentalium elephantinum</i>	7	Nov. 1795
244	<i>Voluta episcopalis</i>	7	May 1796
244	<i>Voluta papalis</i>	7	May 1796
248	<i>Bulla achatina</i>	7	June 1796
257	<i>Chiton squamosus</i>	8	July 1796
268	<i>Bulla virginea</i>	8	Sept. 1796
272	<i>Alcyonium arenosum</i>	8	Nov. 1796
294	<i>Bulla? occidua</i>	8	June 1797
315	<i>Mytilus camellii</i>	9	Sept. 1797
328	<i>Pterotrachea coronata</i>	9	June 1798
359	<i>Sepia octopodia</i>	10	Nov. 1798
359	<i>Turbo petholatus</i>	10	Nov. 1798
363	<i>Sepia loligo</i>	10	Dec. 1798
374	<i>Helix ringens</i>	10	March 1799
374	<i>Helix carocolla</i>	10	March 1799
396	<i>Conus aulicus</i>	10	July 1799
438	<i>Bulla achatina</i>	11	Augt. 1800
439	<i>Ostrea isogonum</i>	11	Aug. 1800
442	<i>Chama gigas</i>	11	Sept. 1800
460	<i>Murex tribulus</i> var.	12	Dec. 1800
467	<i>Buccinum tuberosum</i>	12	Feb. 1801
479	<i>Murex tritonis</i>	12	May 1801
483	<i>Pinna muricata</i>	12	June 1801
488	<i>Murex haustellum</i>	12	July 1801
492	<i>Ostrea pallium</i>	12	July 1801

(Data from ...)

Plate			
101			
102			
103			
104			
105			
106			
107			
108			
109			
110			
111			
112			
113			
114			
115			
116			
117			
118			
119			
120			
121			
122			
123			
124			
125			
126			
127			
128			
129			
130			
131			
132			
133			
134			
135			
136			
137			
138			
139			
140			
141			
142			
143			
144			
145			
146			
147			
148			
149			
150			
151			
152			
153			
154			
155			
156			
157			
158			
159			
160			
161			
162			
163			
164			
165			
166			
167			
168			
169			
170			
171			
172			
173			
174			
175			
176			
177			
178			
179			
180			
181			
182			
183			
184			
185			
186			
187			
188			
189			
190			
191			
192			
193			
194			
195			
196			
197			
198			
199			
200			

23 SHELLS





VIRO ORNATISSIMO
JOSEPHO BANKS,
BARONETTO,
REGIÆ SOCIETATIS LONDINENSIS
EXIMIO PRÆSIDI:
PEREGRINATORI CELEBERRIMO,
INGENII ACUMINE, LABORUM PATIENTIA,
PHYSICIS
PER OMNE ÆVUM COMMENDATISSIMO,
SECUNDUM HUNC
NATURÆ VIVARIII
FASCICULUM,
D. D. D.

GEORGIUS SHAW,

FREDERICUS P. NODDER.

HELIX HORTENSIS.



CHARACTER GENERICUS.

Animal Limax.

Testa univalvis, spiralis, subdiaphana, fragilis.

Apertura coarctata, intus lunata, f. subrotunda :
segmento circulo dempto.

Lin. Syst. Nat. p. 1241.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

HELIX testa imperforata pallida, fasciis latis interruptis fuscis.

COCHLEA vulgaris major pulla maculata et fasciata hortensis.

List. Angl. tab. 2. fig. 2.

AN HELIX LUCORUM?

Lin.

Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido :
Attice, crede mihi ; militat omnis amans.

Ov.

Helix vulgaris, seu ut communiter vocatur, Cochlea, in numero est animalium quæ ob vilitatem, formamque fordidam et abjectam, a plerisque contemni et negligi solent ; in quibus tamen plura fortasse discernere

cernere potest physicus quæ delectationem admirationemque excitent, quam vel in majoribus animalibus. Cochlearum enim anatome adeo miraculis plena est, ut de variis illarum partibus integrum volumen posset componi. Cum vero longis ambagibus speciatim has minutias describere lectoribus plurimis molestum fit, breviter tantum illa percurramus memoratu dignissima. Oculi Cochlearum in summitatibus duorum longiorum tentaculorum, seu ut vulgo vocantur, cornuum fiti sunt: quod licet a quibusdam physicis dubitatum sit, ab experimentis tamen et accuratissimis Swammerdamii investigationibus clare confirmatur: probatur quoque eos eosdem fere humores, tunicas, et vasa, quibus animalium majorum oculi instruuntur, continere. Non defuere qui Cochlearum cornua pro veris telescopiis naturalibus habuerunt, asserueruntque posse illas ea vel extendere vel contrahere pro distantia objecti ad quod oculos direxerint. Hæc autem idea structuram magis multimodam arguit, quam revera his organis tribuit Natura, et fortasse inter plurimas fit hæc hypothesis, quas ingenio suo indulgere solent nonnulli Naturæ speculatores.

Dentes Cochleæ sunt validi et acuti; omnesque corporis partes tam interiores quam exteriores ad animalis istius mores habitusque egregie accommodantur.

De miro generandi modo dicturus, lectores meos enixe orem necesse est ut nec me fabulas philosophicas fingere existiment, nec fidem suam deficere et immiui sinant.

Si quidem vera nobis referunt oculati Naturæ inter animalia inferiora investigatores, Cochlearum amores
inufitato

inufitato et ſibi peculiari quodam more promoventur ; ſemperque ipſum complexum præcedit mira formula, quæ pugnæ ſtatarix faciem omnino exhibet.

Cochleæ laſcivientes mutua vota telorum parvulorum iſtibus, quæ peracuta ſunt et quaſi cornea, ſibi invicem communicant ; illiſque refertam pharetram exiguam, in dextro latere cervicis ſitam, quamdiu permanferit illis conjunctionis deſiderium, intus geſtant. Emiſſo primo telo, illico reſpondet Cochlea vulnerata, et ſimile in amantem jaculatur ; ab illa telum alterum emittitur, rurfuſque ipſa invicem percutitur ; Cupidiniſque ſagittæ, quas per omne ævum cecinit fervidum poetarum et amantium ingenium, in ipſa tandem Natura revera inveniuntur. Peraſto hoc lepido prælio, coeunt Cochleæ, et deinde locum idoneum ubi ova ſua deponant ſollicite quæritant ; humidum nempe et opacum reſeſſum, vel ſub terræ gleba, vel cavo aliquo tegmine. Rotunda ſunt hæc ova, magnitudine fere piſorum parvulorum, coloris albi ſubpellucentis, et ſubſtantix mollis. Ex his excluduntur Cochleæ plene formatae, teſtas ſuas in dorſo ferentes, nec ullam aliam mutationem præter naturale molis incrementum ſubeunt. Hortis et pomariis damnum non leve inferre ſolent Cochleæ, et notatu dignum eſt, illas, ſi defecerit cibus ſucculentus, fruſtus nempe aut folia, corpora etiam dura et ficca rodere : memini enim egomet Helicem hortenſem, (qualis eſt illa quæ hic depingitur,) ſub vitro cujus diameter quatuor uncias ſuperabat incluſam, ſubſtratam chartam communem cæruleam una nocte uſque ad ipſius vitri marginem devoraſſe ; circulo relicto velut ab ipſo circino deſignato.

Ab experimentis Spallanzanii aliorumque probatur, Cochleas, abscissa aliqua parte, repullulandi facultatem habere: ipse enim Spallanzanius Cochleæ caput abscidit, quod, elapso certo tempore perfecte regerminabat. Hujus experimenti veritas, licet a nonnullis denegetur, ab aliorum tamen doctissimorum physicorum testimonio satis comprobatur.

Quanquam variis intervallis sagittas suas jaculentur Cochleæ, fatendum tamen est tabulam repræsentare illas plus æquo a se invicem remotas. Plerumque propius accedunt; immo interdum fit ut telum ipsum, gladii instar, in corpore opposito infixum stet, dum Cochlea quæ jaculum emiserit, recedit paululum, sagittam quasi commilitonis sui expectans.





Londoni: Published May 1879 by T. R. Nodder & Co. N. 3. Ranton Street.

THE
GARDEN SNAIL.



GENERIC CHARACTER.

The *Animal* a Slug.
Shell spiral, sub-pellucid.
Aperture semi-lunar.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

SNAIL with a shell of a pale colour, with broad interrupted bands of brown.

The COMMON GARDEN SNAIL.

See to the fight the gentle warriors move,
And dart with harmless force the shafts of love!

The Snail is amongst the number of those animals which we are apt to overlook on account of their seemingly contemptible appearance, but which will perhaps open to our attentive survey a greater variety of curious particularities than most other creatures can exhibit. The anatomy of the snail is full of wonders, and a volume might be written on its history; but, without descending to a tedious narrative of all its parts, I shall only mention a few of the most remarkable ones. The eyes of Snails are situated on the tips of the two longest horns, and though their existence
has

has been questioned by some Naturalists, yet the accurate research of SWAMMERDAM has sufficiently proved their real nature, and that they are furnished with nearly the same humours, coats, and vessels as in most of the larger animals. Some authors have supposed the horns to be a kind of natural telescopes, and that the animal shortened or lengthened them according to the distance of the objects to which it directed them; but this idea seems to imply a more complicated structure than can be found in this organ, and, I believe, must be given up as one of those ingenious hypotheses which are too frequently entertained by speculative enquirers.

The teeth of the Snail are sharp and strong, and all the internal as well as external parts of the creature are admirably calculated by Nature for the mode of life to which it is destined.

But the most wonderful part of the history of the Snail, is its manner of breeding; and I must request my readers to summon all their philosophical faith to receive the surprising particulars.

If the observations of the most profound enquirers into the operations of Nature amongst the lower orders of animals may be depended upon, the amours of Snails are conducted in a manner very different from those of most other creatures, and are always preceded by a very extraordinary ceremonial, which has all the appearance of a regular combat.

When these animals are disposed to love, they signify their mutual wishes by launching several little darts at each other. These darts are of a very sharp form, and of a horny substance, and the animals are provided with

with a little quiver or reservoir of them during the breeding season: this internal quiver or repository of the darts is situated within the neck, and opens externally on the right side. Upon the discharge of the first dart, the wounded Snail immediately retaliates upon the aggressor, and discharges a similar one; the other again renews the battle, and is again in its turn wounded; and thus the darts of Cupid, so long and loudly celebrated by poets and lovers, and which are metaphorical with all the rest of the creation, are here completely realized. When the animals have continued for some time the combat just described, a reconciliation takes place, and they unite; after which they are solicitous to deposit their eggs in a place of safety. For this purpose they choose a moist, cool situation, generally under some little clod, or in some small sheltered cavity, in which they place them: they are perfectly round; about the size of very small pease, of a semi-transparent white colour, and of a soft substance: from these the young are hatched completely formed, and with their shells on their backs, and undergo no farther change than a gradual increase of size.

The depredations which these animals commit in gardens and orchards is very considerable, and it is remarkable that in defect of moist succulent food, as fruit and tender leaves, they will even attack substances of a hard and dry nature. I have known the common garden Snail here figured, when confined for one night under a glass of more than four inches in diameter, which was placed on a sheet of common blue paper, entirely devour the whole paper contained in the included

ded space, to the very edge of the glass, so that a circular piece seemed almost as accurately taken out, as if marked by a pair of compasses.

From the experiments of SPALLANZANI and others, it appears that Snails are possessed of a very considerable degree of reproductive power. SPALLANZANI in particular, has found that the whole head of a Snail may be cut off, and yet in a certain space of time will be reproduced. This has been denied by some, but its truth is established by experiments conducted by the most careful and accurate observers.

It is necessary to add, that the Snails in the annexed plate, are represented at somewhat too great a distance from each other; this is a circumstance which admits of great variation, but in general the animals make a nearer approach before they dart their spicula; and in some particular instances they have been known to approach so near during this action, that the dart has been infixed in the manner of a sword, in which case the animal that discharged it, withdraws again to some little distance, and seems to wait for a similar attack.

VOLUTA ARAUSIACA.



CHARACTER GENERICUS.

Animal Limax.

Testa unilocularis, spiralis.

Apertura ecaudata, subeffusa.

Columella plicata: Labio Umbilicove nullo.

Lin. Syst. Nat. p. 1186.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

VOLUTA testa alba fasciis transversis fulvis,
columella sex-plicata.

VEXILLUM ARAUSIACUM.

Rara hæc et perelegans concha generis LINNÆANI *Volutæ* nominati est species. Hanc ipsam ille nullibi descripsit. Communiter illam appellaverunt phyfici *Vexillum Arausiacum*. Indica est concha, et præcipue in insula Amboyna reperitur.

Fig. 1. Testa adulta. Fig. 2. Testa junior.

THE
ORANGE FLAG,
OR
ORANGE-STRIPED VOLUTE.



GENERIC CHARACTER.

Animal resembling a Limax or Slug.

Shell unilocular, spiral.

Pillar or Column twisted or plaited.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

WHITE VOLUTE, with orange-coloured transverse bands, and (generally) six plaits on the column.

LE PAVILLON D'ORANGE.

Argenv. Append.

Knorr. part 5, t. 1. f. 1.

The elegant and rare shell here figured, belongs to the Linnæan genus *Voluta*, but is not amongst the species described by LINNÆUS. Its general name amongst collectors is the Orange-Flag. It is an East-Indian shell, and is principally found in the island of Amboyna.

Fig. 1. The adult shell. Fig. 2. A somewhat younger shell.



2

ARGONAUTA ARGO.



CHARACTER GENERICUS.

Animal Sepia.

Testa univalvis, spiralis, involuta, membranacea, unilocularis.

Lin. Syst. Nat. p. 1161.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

ARGONAUTA carina utrinque subdentata.

Gmel. Syst. Nat. p. 3367.

NAUTILUS fulcatus.

Klein. ostr. t. 1. f. 3.

NAUTILUS tenuis.

Rumpf. mus. t. 18. f. 1. 4. A. B.


Utcunque inter animalia ejusdem familiæ eadem fere fit formæ partiumque similitudo, pauca tamen proferri possunt exempla, in quibus a norma sua insigniter aberrare solet natura; præcipue vero in classe testacea. Testarum enim univalvium (ut dicuntur) incolæ, generi Limacis simillimi sunt; bivalvium contra generibus Tethyos et Ascidiæ. Formæ hujus anomalæ nullum notabilius argumentum possit feligi quam in genere Argonautæ; vel Nautili qui papyraceus dicitur: ab omnibus enim aliis ejusdem divisionis adeo discrepat animal

animal hanc testam inhabitans, ut illius verum esse et genuinum incolam non mirum fit si ægre credatur. Linnæus igitur de hac re scribit, “ Domunculam alienam, quemadmodum Cancer Diogenes seu Bernhardus, intrasse Sepiam, cum non connexa sit testæ, sibi adeo alienæ, qui non crederet, nisi tot testes nobis obfringerent, qui propriis oculis viderunt Argonautam velificantem?”

Extra testam visus Argonautæ habitator sepia speciem, sepiam præcipue octopodiam admodum refert: nec sane ab ea forma generali differt, nisi quod ad extremitates brachiorum duorum membranas ovatas habeat, quas cum super mare pacatum navigat, erigit, reliquis sex brachiis remigans. Fieri non potuit ut miranda res hominum oculos effugeret: ideoque a variis auctoribus descriptam legimus; nullis elegantius quam Plinio.

“ Inter præcipua autem miracula est, qui vocatur Nautilus, ab aliis Pompilos. Supinus in summa æquorum pervenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facile naviget. Postea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit; qua velificante in aura, cæteris subremigans brachiis, media cauda, ut gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, Liburnicarum ludens imagine, et si quid pavoris interveniat, hausta se mergens aqua.”

Cavendum est hanc testam, quæ verus est Argonauta, cum Nautilo communiter dicto, seu Nautilo *concamerato* confundamus, qui generis est omnino distincti. Crescit Argonauta Argo ab una uncia ad sex vel etiam octo. Mare Mediterraneum nec non Indicum incolit.



THE
A R G O N A U T,
OR
P A P E R N A U T I L U S.



GENERIC CHARACTER.

Animal extremely resembling a Sepia.

Shell univalve, spiral, extremely thin.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

ARGONAUT with whitish furrowed shell, with the keel dentated on each side.

THE PAPER NAUTILUS.

NAUTILLE PAPIRACÉ.

Argenv. t. 5.

Notwithstanding the general similarity of structure which prevails amongst animals of the same tribe, there are yet some remarkable deviations from it. This is no where more conspicuous than in the testaceous tribe, in which the inhabitants of most of the Univalves bear a strong affinity to the genus *Limax*, or Slug, while those of almost all the Bivalves are distinguished by a striking similarity to the genera of *Tethys* and *Ascidia*. Amongst the instances of deviation from the general plan may be

be adduced the very remarkable and curious genus Argonauta or Paper-Nautilus, which is inhabited by an animal of an appearance so widely removed from those of most of the Univalves, as almost to make doubtful the reality of its being the genuine and proper inhabitant of the shell in which it resides. Linnæus accordingly has well observed, that unless the evidence of so many eye-witnesses had enforced belief, it might have been reasonably imagined that an animal so unlike the rest of the tribe, was only a usurper of the shell; in the same manner as the Cancer Diogenes and a few others, which take possession of such vacant shells as happen to suit their convenience. The inhabitant of the Argonauta, if seen detached from its shell, might pass for a real Sepia, and bears so great a resemblance to the Sepia octopodia or eight-armed Cuttle-fish, that the principal difference consists in its being furnished at the extremities of two of its arms with a pair of membranes of an oval form, which, during its occasional navigations on the surface of a calm sea, it raises upright and expands to the gale; while by the assistance of the six remaining arms it rows itself along. It seems impossible that so curious a spectacle could have escaped the particular observation of mankind. Accordingly we find it described by various authors: by none however more elegantly than by Pliny, whose short and beautiful description, has generally been quoted by modern writers.

“ But amongst the principal miracles of nature is the animal called Nautilus or Pompilos. It ascends to the surface of the sea in a supine posture, and gradually raising itself up, forces out by means of its tube all the
water

water from the shell, in order that it may swim the more readily; then throwing back the two foremost arms, it displays between them a membrane of wonderful tenacity, which acts as a sail, while with the remaining arms it rows itself along; the tail in the middle acting as a helm to direct its course; and thus pursues its voyage like a little ship; and if alarmed by any appearance of danger, takes in the water and descends."

We must be careful not to confound this shell, which is the real and proper Nautilus, with the chambered or pearly Nautilus, which belongs to a very distinct genus. The Argonauta Argo is found of various sizes, from one to six or eight inches in length, or even larger. It is a native both of the Mediterranean and Indian seas.



L I M A X A T E R .



CHARACTER GENERICUS.

Corpus oblongum, repens; supra clypeo carnosio;
subtus Disco longitudinali plano.

Foramen laterale dextrum pro genitalibus et excrementis.

Tentacula quatuor, supra os.

Lin. Syst. Nat. p. 1081:

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

LIMAX ATERRIMUS subtus pallidus.

LIMAX ATER.

List. Angl. 131.

LIMAX tota nigra.

Aldr. inf. 702.

COCHLEA NUDÁ 3 tota nigra.

Gesn. aquat. 254.

LIMAX ATER.

Lin. Syst. Nat. p. 1081.

L I M A X M A X I M U S .



CHARACTER SPECIFICUS, &c.

LIMAX CINEREUS atro maculatus.

LIMAX MAXIMUS cinereus striatus.

List. anat. t. 3. f. 6—10.

LIMAX MAXIMUS.

Lin. Syst. Nat. p. 1081.

LIMAX CINEREUS. β .

Gmel. Syst. Nat. p. 3100.

Nudum

Nudum est genus *Limax* caretque testa. De hoc differere supervacaneum fortasse nonnullis videatur, quippe quod vulgatissimum non possit ignorari. Dignissimum tamen est genus quod speciatim describatur, cum exstet exemplum generale seu archetypum unde omnes fere testarum univalvium incolæ formantur; quorum nonnulli adeo *Limaci* similes, ut primo visu in hoc tantum differre videantur quod se ad libitum intra testam possint subducere. Exemplo sit genus *Helix* dictum, in quo nempe continentur *Helices* vulgares testaceæ. Quinimo reliquæ univalves (exceptis paucis quæ insigniter discrepant) ad genus *Limax* plus minus appropinquant. Specierum Britannicarum notiores sunt *Limax ater*, et *Limax maximus*: quorum prior aterrimo colore facillime distinguitur, in pratis et pascuis sæpissime repertus; alter rarior, fusco-pallens, non sine maculis striisque inæqualibus nigerrimis, in sylvis præcipue conspicitur, nec raro in hortis vere et autumno: in domos etiam irrepit. Convenit utrisque de victu, foliis scilicet et radicibus plantarum. *Limax maculatus*, (ut et alii nonnulli,) acaris minimis super corpus turmatim discurrentibus, et in ipsum etiam foramen laterale thoracis irrepentibus sæpissime solet infestari. Vetat tamen torpidum ingenium, aut mucus quo obducitur corpus, ut signa det molestiæ et perturbationis, vel exeuntibus acaris, vel intrantibus.

THE
BLACK LIMAX.



GENERIC CHARACTER.

Body oblong; Thorax convex or shielded above, flat beneath; with a *Foramen* on the right side. Four *Tentacula*, situated above the mouth.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

JET-BLACK LIMAX, pale beneath.

THE BLACK SLUG.

THE COMMON BLACK SNAIL.

THE
SPOTTED LIMAX.



SPECIFIC CHARACTER, &c.

GREYISH LIMAX, spotted with black.

THE GREAT SPOTTED SLUG.

THE SPOTTED WOOD-SNAIL.


THE SPOTTED HOUSE-SLUG, OR CELLAR-SNAIL.

The genus *Limax* or Slug, consists of the naked or shell-less Snails. As these animals are so very common, it might seem almost unnecessary to introduce them
into

into a work like the present. The genus however is in reality of very great importance, since it stands, as it were, the general archetype or pattern on which the animals of almost all the univalve shells are formed: indeed so very nearly are some of them allied to this genus, that they seem, on a cursory view, to differ in scarce any other circumstance than that of being furnished with shells, into which they can at pleasure withdraw themselves. Of this the genus *Helix*, which contains the common or shell-snails, is a convincing proof. The rest of the univalves, (with a few remarkable exceptions,) are more or less similar to the genus *Limax*. Two of the most familiar species of *Limax* which this country produces are the *Limax ater* and *maximus*: the one is distinguished by its intense blackness, and is extremely common in fields and meadows; the other, less common than the former, is of a pale brown, with irregular deep-black spots and streaks: it is principally seen in woods and in garden-ground during the vernal and autumnal seasons, and not unfrequently creeps into houses. Both agree in their mode of living; feeding on the leaves and roots of vegetables. The spotted Slug, like some others of its genus, is often infested by a very small species of *acarus*, which appears in great numbers, running with much celerity over the animal, and frequently entering the lateral foramen of the body. The *Limax* however, either from its natural hebetude, or from being coated at all times by a quantity of mucus, seems to feel no particular inconvenience from these little insects, and shews no symptoms of irritation even when they are running in and out of the orifice in its side.

London: Adlard & Co. Printers, 1857. *Ed. by F. C. C. L. & Co. 1857. London: Adlard & Co. Printers, 1857.*





DORIS ARGO.



CHARACTER GENERICUS.

Corpus repens, oblongum, subtus planum.

Os antice subtus.

Anus postice, supra cinctus ciliis.

Tentacula duo, supra corpus antice, intra foramina retractilia.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

DORIS OVALIS, corpore lævi, tentaculis duobus ad os, ano ciliato phrygio.

Lin. Syst. Nat. p. 1083.

ARGO.

Bobadsch. mar. 65. t. 5. f. 45.

LEPUS MARINUS alter major.

Column. ecphr. t. 32.

Plurima quæ hoc genus amplectitur animalia limacibus valde affinia omnino in mari degunt. Ostendit tabula specierum Europæarum maximam et formosissimam. Color variat: interdum scilicet flavus est, plus minusve saturatus; interdum aurantius, seu etiam coccineus. In multis Britannicæ littoribus non raro conspicitur Doris Argo.

THE
LEMON DORIS.



GENERIC CHARACTER.

Body repent, oblong, flat beneath.

Mouth placed below, toward the anterior end.

Vent behind, furrounded above by a fringe.

Tentacula two, seated on the upper part of the body in front, retractile.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

OVAL DORIS with smooth body; the vent furrounded by a ramified fringe.

LEMON DORIS.

Pennant Brit. Zool. 4. p. 36.

THE SEA-LEMON.

The animals of this genus are greatly allied to those of the genus *Limax*, but are entirely marine. The species of *Doris* are numerous. The largest as well as the most elegant of the European kinds is that figured on the annexed plate. In colour it varies much; being sometimes of a yellow, more or less deep, and sometimes of a bright orange, or even scarlet. It is not unfrequently found on several parts of the coasts of Britain.





CLIO LIMACINA.



CHARACTER GENERICUS.

Corpus natans, oblongum: *Alis* duabus, membranaceis, oppositis.

Lin. Syst. Nat. p. 1094.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

CLIO NUDA, corpore obconico.


Gmel. Syst. Nat. p. 3149.


Phipps. it. bor. p. 195.

Mart. Spitsb: p. 169. t. P. f. 5.

Soland. et Ellis. cor. tab. 15 f. 9. 10.

Paucas et exiguas continet species genus Clio, quarum e corpore utrinque producitur, ut plurimum, membrana velut thecam efficiens, et a capite utrinque expanditur quasi velum parvulum ovatum; unde fit ut sepias minutas brachiis carentes non male referant. Caret autem theca species quam describimus, et limaci parvo non longe est abfimilis. Fusco-albicat, longaque est circiter unciam cum dimidio. Oceanum septentrionalem inhabitat.





THE
LIMACINE CLIO.



GENERIC CHARACTER.

Body oblong, nuyant; with a pair of opposite membranaceous *Wings* or expanded proccesses.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

NAKED, OR SHEATHLESS CLIO, with inverfely conical body.

SNAIL-SHAPED CLIO.

LIMACINE OR SLUG-SHAPED CLIO.

NORTHERN CLIO.

The genus *Clio*, which is far from a numerous one, consists of animals of a small size, and in general form not ill refembling minute *Sepiæ* or Cuttle-fish without arms. This appearance arifes from the body being edged, as it were, with a membrane on each fide, forming a kind of sheath; and on each fide the head is a small expanded oval proccfs. The fpecies here exhibited is deftitute of the sheath-like membrane above-mentioned, and bears no
very

very distant resemblance to a small slug. Its colour is a very pale or whitish brown, and its length about an inch and half. It is an inhabitant of the Northern ocean.

VENUS DIONE.



CHARACTER GENERICUS.

Animal Tethys.

Testa bivalvis æquivalvis, altero latere complanato et velut duplicato.

Cardo dentibus tribus: omnibus approximatis; lateralibus apice divergentibus.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

VENUS SUBCORDATA, latere complanato ferie duplici spinarum curvarum ciliato.

PECTUNCULUS RUBER, fasciis acutis et ex altera parte muricatis exasperatus.

List. Conch. t. 307. p. 140.

CONCHA BRASILIANA CUSPIDATA.

Bonanni Mus. Kirch. Cl. 2.
n. 121. p. 448.

CONCHA VENERIS ARMATA.

Jacobæus in Mus. Reg. Dan.

PECTUNCULUS VENEREUS.

Pet. gazoph. t. 31. fig. 9.

CONCHA ECHINATA.

Valent. Mus. Museor. t. 35. n. 19.

CONCHA VENERIS occidentalis cum spinis.

D'Argenville. t. 21. f. 1.

Concham raram et elegantem ostendit tabula, qua nihil injuriarum passa vix pretiosiores continet hodiernorum

diernorum museorum serinia. At difficillimum est specimina nancisci integra et illæsa, ea præcipue quæ ad plenam magnitudinem pervenerint.

Venerem Dionem, quam generant maria Americana, primus descripsit et depinxit Bonannus? Color illi generalis est levissime incarnatus, seu fere albidus; valvula utraque zonis plurimis levatis et concentricis extrinsecus notata. Pars posterior seu complanata in variis speciminibus plus minus est purpurea, et spinarum curvarum utrinque serie laterali ciliata; unde fit, ut si e transverso testam intuearis, non longe oculo absimilis videatur, vel etiam ori ringenti quadrupedis. Cum species numerosissimas contineat genus, multisque egregium fit decus, nomen ideo ei datum est quod puchritudinem denotet.

Venerem seu Dionem e mari anadyomenen toties celebrarunt poetæ, ut supervacaneum forsan habeatur de re notissima quicquam dicere. Bellum tamen Aufonii epigramma liceat citare.

“ Emerfam pelagi nuper genialibus undis
Cyprin Apellei cerne laboris opus.
Ut complexa manu madidos falis æquore crines
Humidulis spumas stringit utraque comis
Jam tibi nos Cypri, Juno inquit et innuba Pallas
Cedimus, et formæ præmia deferimus.”

At vel Aufonio felicius cecinit celeberrimus Darwin, in eximio poemate cui titulus HORTUS BOTANICUS, cujus versus in linguam Latinam eleganter adeo transtulit eruditus quidam amicus, ut si quod
ille

ille scripsit in scriniis ineditum fervem, persuasissimum habeam me a publica delectatione detracturum.

Addidi et egomet arcttorem, humiliorem, et quasi centonicam imitationem.

“ Sic primum vitreum fugiens Erycina profundum,
Nereidumque domos, patrio jam debita cælo,
Surgit ad æthereum solem pulcherrima rerum,
Cæruleis emersa vadis : rutilante sedentem
Hanc concha manibus tollunt submisse inhiantes
Semiviri, visusque avidos pascuntur amore.
At leve subridens falsam dea crine soluto
Humorem, liquidas et gemmas exprimit ; illæ
Defiliunt niveis sinuoso tramite mammis
Protinus, et placide lambunt juvenilia membra.
Præsentis valet interea vis vivida formæ.
Sternitur attonitum pacatis fluctibus æquor
Immensum, vix jamque tremit, metuitque moveri.
Mollius aspirant zephyri, simul æthera stillant
Ambrosiam, et toto nova regnat in orbe voluptas.”



IMITATIO CENTONICA.

Sic alto enata oceano, si credere fas fit,
Alma Venus quondam pelagi gratissima nymphis,
Muscosos inter scopulos cautefque profundas
Lusit amabiliter ; vitreisque sedilibus hærens
Dulcia subridens immiscuit oscula verbis,
Et finxit vultum, et meruit formosa videri :
Jam teneros experta jocos, nec egena leporum.
At mox tota merum sal, plena et fulgida forma,
Tritonum manibus folio subvecta virenti
Sedibus ex imis, pacato in marmore ponti
Institit, attonitas despectans desuper undas :
Qualis ubi e cælo radiis argenteus almis

Lucifer

Lucifer affurgit, ridentemque undique terram
Vivificat, pictos revocans ad gaudia campos.
Ut roseis cæpit digitis ficcare capillos,
Per caput errantes guttæ et per eburnea colla
Suave micant; dein terga petunt, humerosque latusque
Pectoraque, et falsis stellantes roribus artus.
Continuo natura Deam mirata salutat,
Et manifesta Venus cælo terrisque renidet.





VENUS DIONE,
OR THE
OCCIDENTAL VENUS-SHELL.



GENERIC CHARACTER.

Animal resembling a Tethys.

Shell bivalve; Valves similar, flattened on one side and furnished with a duplicature.

Hinge consisting of three teeth, approximated, the outer ones diverging.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

SUBCORDATED VENUS, with a double row of incurvated spines on the flat side.

THE OCCIDENTAL VENUS-SHELL.

CONQUE DE VENUS occidentale.

Encyclop. Recueil de planches. tom. 6.
t. 73. fig. 6.

CONQUE DE VENUS à pointes.

Fav. D'Herbigny Dict. vol. 1. p. 262.

THE VENUS SHELL OR CONCHA VENERIS.

Hill's Hist. of Animals. p. 158.

The rare and curious shell represented on the present plate is numbered amongst the most valuable articles

articles of the conchyliological cabinet, and is indeed considered, when in its complete and unblemished state, as one of the cimelia of modern museums. It is, however, not often that specimens can be obtained which have not suffered some accidental injuries, especially those which have attained their full size. The Venus Dione is a native of the American seas, and was first described and figured by Bonanni? Its general colour is a very pale or whitish pink; each valve is marked externally by a great number of sharpened concentric zones or prominent ribs: the hinder or flattened part is of a purple tinge, more or less deep in different individuals, and is ciliated on each side with a row of curved spines, so as to give the shell, when viewed in a transverse direction, an appearance not ill resembling that of an eye, or even of the ringent mouth of a quadruped.

As the genus to which it belongs is extremely extensive, and contains several species of uncommon beauty, it has therefore received a name appropriated to the elegance of its form.

The birth of the younger Dione or Venus from the sea has so often been commemorated by the poets of antiquity, that it would be superfluous to relate what must be universally known. It may be sufficient therefore to quote on this subject the elegant epigram of Ausonius on the celebrated picture of Venus anadyomene by the hand of Apelles.

“ Emerfam pelagi nuper genialibus undis
Cyprin, Apellei cerne laboris opus.

Ut

Ut complexa manu madidos falis æquore crines
Humidulis spūmas stringit utraque comis
Jam tibi nos Cypri, Juno inquit et innuba Pallas
Cedimus, et formæ præmia deferimus.”

Form'd in bold fancy by Apelles' hand,
See Venus on her native ocean stand.
As from the wave in full-blown charms she springs,
And from her hair the dropping moisture wrings,
Juno and Pallas view her with amaze :
In silence on the lovely tablet gaze :
No more at beauty's envied prize repine,
But to the pictur'd fair the willing palm resign.

A still more beautiful description has, however,
been given by Dr. Darwin in his celebrated poem
THE BOTANIC GARDEN.

“ So young Dione, nurs'd beneath the waves,
And rock'd by Nereids in their coral caves,
Charm'd the blue sifterhood with playful wiles,
Lisp'd her sweet tones, and tried her tender smiles.
Then on her beryl throne by Tritons borne,
Bright rose the Goddess like the star of morn ;
When with soft fires the milky dawn he leads,
And wakes to life and love the laughing meads ;
With rosy fingers, as uncurl'd they hung
Round her fair brow, her golden locks she wrung ;
O'er the smooth surge on silver sandals stood,
And look'd enchantment on the dazzled flood.
The bright drops, rolling from her lifted arms,
In slow meanders wander o'er her charms,
Seek round her snowy neck their lucid track,
Pearl her white shoulders, gem her ivory back,
Round her fine waist and swelling bosom swim,
And star with glitt'ring brine each crystal limb.
Th' immortal form enamour'd Nature hail'd,
And Beauty blaz'd to heaven and earth unveil'd.”

Of

Of this the reader will find in the corresponding Latin part a free translation by the hand of a learned friend, so highly elegant that I cannot resist the pleasure of presenting it to the public.

I have also myself added, in the manner of a cento, a more close imitation of Dr. Darwin's lines.

CYPRÆA PARDALIS.



CHARACTER GENERICUS.

Animal Limax.

Testa univalvis, involuta, subovata, obtusa, lævis.

Apertura utrinque effusa, linearis, utrinque dentata, longitudinalis.

Lin. Syst. Nat. p. 1172.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

